Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26258
Copyright: Admont, Benediktinerstift



complectur. Non enim mundus est ille qui dicit. Templum
enim dei sanctum est. quod estis uos. Et rursum; nescitis quia
corpora uestra templum est spiritus sancti. Quibus mentis. nisi
per gratiam dei meruimus fieri templum dei. ideo
quantum possumus cum ipsius adiutorio laboremus.
ne dominus noster in templo suo hoc est in nobisipsis inue
niat. quod oculos suae maiestatis offendat. Sed habi
taculum cordis nostri euacuetur uitiis. & uirtutibus
repleatur: claudatur diabolo & aperiatur xpo.
Et ita laboremus ut nobis bonorum operum claudatur
ianuam regni celestis aperire possimus. Sicut enim
malis operibus quasi quibusdam seris ac uectibus
uitae nobis ianua claudatur. ita absque dubio bo
nis operibus aperitur. Et ideo fratres karissimi unusquis
que consideret conscientiam suam. & quando se ali
quo crimine uulneratum esse cognouerit. prius
orationibus. ieiuniis. uel elemosinis studeat mun
dare conscientiam suam. & sic eucharistiam presumat
accipere. Si enim agnoscens reatum suum. ipse se a
diuino altari subduxerit. cito ad indulgentiam
diuinae misericordiae peruenit. Qua sicut qui
se exaltat humiliabitur. ita e contrario qui se
humiliat exaltabitur. Qui enim sicut dixi